

1978

L

A212

98h

Zeibich, Christoph Heinrich

AUDIENDAM. ORATIONEM.
AD.
D E.

SOLIFIDIANISMO.

A.
GEORGIO. BVLLO.

INI^QVE. NOBIS. OBIECTO.

PIETATI. TAMEN. VT. NVLLI.

SIC. MINIME. SCHOLASTICAE. INIMICO.
SPECTATISSIMOS.

ILEBVRGI PROCERES.

V I R O S.

NOBILISSIMOS. AMPLISSIMOS. IVRECONSULTISSIMOS.

EXPERIENTISSIMOS. PRUDENTISSIMOS.

PLVRIMVM. REVERENDOS. CLARISSIMOSQVE.

S C H O L A E

HINC. PATRONOS. HINC. FAVTORES.

INDVLGENTES. EXIMIOSQVE.

VNA. CVM. OMNIBVS.

QVOTQVOT. SCHOLAE. NOSTRAE. BONISQVE. LITERIS.

BENE. CVPIVNT.

QVANTA. POTEST. TVM. OBSERVANTIA.

TVM. HVMANITATE.

I N V I T A T.

I N S I M U L Q V E.

QVAE. SIBI. NVPER. A. DOCTORE. THEOLOGO.

CELEBERRIMO.

I N. CAPITE.

D E.

ILLVMINATIONE. IMPIORVM.

FVERE. OBIECTA.

MODESTE. DILVIT.

CHRISTOPHORVS. HENRICVS. ZEIBICH.
S. THEOL. DOCT. PAST. AC. SVPERINTEND.

ILEBVRGENSIS.

L I P S I A E.

APVD HAERED. FRIDER. LANKISII.

AN. M DCC XLV.



AUDIENDA ORATIONEM
DE

SOLITUDINISMO.

GEORGIO BALTIO

INGRUE NOVAE ORATIONIS

HISTORIA TATUM ET NIVEL

SCHEMATICAE INTEGRALIS

SYSTATISMO

LEBARGI PROGRESSUS

MORALISSIMOS VITI SCAMONIARICENSIS ALTISSIMOS

EXPERIMENTIS VITI ALTISSIMOS

TRAVIUM LEVARIENSIS ALTISSIMOS

SCENAE AT

HINC PATRONO NUNC PAVTORIS

INDIVIDUOS VITI ALTISSIMOS

78 E 1242 O

OATOLOTO. SC. 20150204111711

QUINTA RIGORIS VITI ALTISSIMOS

ETATIS HUMANITATIS

TRAVIUM LEVARIENSIS ALTISSIMOS

CHRISTOPHERUS HENRICAS SEBASTI

LEBARGI PROGRESSUS IMPIORUM

TRAVIUM LEVARIENSIS ALTISSIMOS

CHRISTOPHERUS HENRICAS SEBASTI

LEBARGI PROGRESSUS IMPIORUM

TRAVIUM LEVARIENSIS ALTISSIMOS

CHRISTOPHERUS HENRICAS SEBASTI

LEBARGI PROGRESSUS IMPIORUM

TRAVIUM LEVARIENSIS ALTISSIMOS

CHRISTOPHERUS HENRICAS SEBASTI

LEBARGI PROGRESSUS IMPIORUM

TRAVIUM LEVARIENSIS ALTISSIMOS

CHRISTOPHERUS HENRICAS SEBASTI

LEBARGI PROGRESSUS IMPIORUM

TRAVIUM LEVARIENSIS ALTISSIMOS

CHRISTOPHERUS HENRICAS SEBASTI

LEBARGI PROGRESSUS IMPIORUM





Vm elapsis hinc aliquot annis de Impiorum illuminatione commentari quædam inciperem, non defuere celeberrimi quique, qui suo institutum calculo probarunt, & ad plura in hoc genere suscipienda me cohortati sunt. Luculentam de illuminatione tractationem mean multo, quo sum indignus, admisto elogio, vocaverat incomparabilis Senex, Magnificus FECHTIVS, laboribusque solidis pro puriori doctrina isthanc scriptiōnem meam accensuerat, 1.) non abniente Magnifico WERN'S DOREIO, qui meas de illuminatione lucubrationes cum excellentissimorum quorumvis contendere, non dubitavit. 2.) Immo, item in hoc doctrinæ capite simul & a me peroratam, CL. Vir coelitus nuper ad scriptus, qui sub SIDERALTI latere nomine voluit, assuerat. 3.) Nec minus Venerandus STOLZIVS, quæ scripseram, ceu vero consona, hinc inde usserat. 4.) Sic quoque evenit, ut DIRECTORI innocuarum Relationum, sociisque ceteris, quorum de confortio mire gaudeo, institutum illud meum, me nesciente, se commendaret. 5.) IANO sane V. C. in hoc disceptationis genere versatissimo videbat, quicquid ab opponente prolatum, aut objectionis saltim speciem habuisset, ita discussisse, ut non videat, quo jure novam refutationem postulare possit. 6.) Immo, verebar non ita pridem, ne sua mihi commendatione Amplissimus Vir Adversarium faceret, adeo namque provocarat a me dissiden-

tien-
 1.) De notit. Christicum Observat. mandat. conjunct. p. 37. 2.) Epistol. Diffutat. de Theologia experiment. premissa B. 1. a. b. 3.) Epist. ad Schelegigium p. 26.
 4.) De influx. Grat. in intell. & volunt. simultan. B. f. 3.b.4.a. Idem in Epist. amic. de Illum. Impii A. 3. b. 5.) Nob. Antig. 1710. p. 340. seqq. 6.) Responsion. pro B. Neumann. Theol. Aphorist. Praef. B. 3. b.

tientem, ut rem a me confectam existimaret, ita quidem, ut mirari necesse sit, cur solus ego huc dum a dissentientibus non fuerim confutatus. 7.) Ideam, quam vocat, Pietismi dederat ὁ δέινος, ORTHODOXO-PHILIPHI personam simens; At vero & huic visum, quæ de illuniinatione scripsoram, lectu minime indigna fore. 8.) Taceo, quæ alibi, non sine honoris præfatione de studio, quo Veritati divina litaveram, ab aliis prolata sunt, provocaturus licet ad ea hoc minori, quod spero, invidia, quo certius apud me est, exploratusve, nec sententiis a nobis dissidentes, ab ea abhorrente consuetudine, qua aliorum pro se testimonia elogiaque afferri solent. 9.) Recepérat aliquando Doctor Theologus, qui scripto non uno hactenus innotuit in Academia vicina, meas *objectiones & argumentationes discussorum esse, & quidem quam placidissime in altera Musæi enucleati Appendix;* 10.) Sed enim mutavit consilium, se nunc labore isto, quem Musæo enucleando impendere decreverat, supercedere posse, arbitratus; Tametsi id unice mirer, quod cum Magnifico FOERTSCHIO, cuius tamen consensum hoc se levalle labore credit, neque hoc dum consentiat, adeoque causa scritptionis suscipienda non omnis sic evanuerit. 11.) Absit a me, longissimeque absit, ut mea mihi sollicitudine excitare & querere dissentientem velim, tot scilicet oppressus, propemodumque sepultus laboribus, ut disceptationes eruditorum publicas facile evitare queam; Id saltem doleo, quod ad turbas compositis simul accensear viris, qui passim, petulantia dicam, an injuria? perstringuntur; 12.) quod respondendi quandam mihi imposuit necessitatem, licet mea, quod mirum aliis visum, ilæsa propemodum omnia persent, & inconcussa perdurent. Levitas sane, quæ affero, argumentorum, causa non est, quod celeberrimus Autor sibi temperaverit, quantumvis alicubi in aliis me confutatum existimet; 13.) Passim enim carpit, meaque nova responsione dignatur, illud minime facturus, si Anti-Barbarus aliquæ libelli infeliciter emissi, omnia iam tum profligassent. Vnicum sane, quod ursoram argumentum ex Phil. I. 15. seqq. fuse persequitur, 14.) nec minus & alibi confutan-

7.) Iani Theosoph. Orthodoxo, p. 95. 96. 8.) p. 57. 9.) Vid. Nob. Antiq. 1712. p. 1047. 10.) Dni. Langii Anti-Barb. Part. post. Epist. ad Theol. p. 50. 11.) Demonstrat. c. Foertschium p. 238. 12.) Hoc perstringuntur consilio Doctores piti, immo carnarium simul Scommate traducuntur. Vid. Creuz-Reich p. 45. 13.) Mittels Straße P. II. p. 344. 316. 14.) ibid. p. 289.

futandi officium subterfugere noluit, 15.) ut memorem adeo hic esse oportuisset. Nemo non intelligit, mea, quæ scripsoram, omnibus eviliusse minime, quantumvis ab Amplissimo dissentiente confutata non fuerint; Ita namque animatus est, ut etiam, quæ refellere operæ pretium putat, libri quandoque inclusus limitibus, non refellat, 16.) residuaque esse, quædam de illuminatione momenta, etiamnum superanda, facieatur. 17.) Ferociam verborum, dissentientibus quondam usitatam, emollivit hucusque paululum vel nostra modestia, vel proprius pudor, vel Sociorum moratiorum interpellatio; Quid ergo facerem magis, quam ut convitia & criminationes luce, ut sibi videntur, plena radiantium, pietate modesta, pronaque ad condonandum facilitate retundarem? Dabo, quod H V E T I V S voluisse, & tantum non postulasse a sibi adversis perhibetur, ut scilicet, si vocetur in partes, cum elogio, sin improbetur, recto nomine induceretur. 18.) Morem geram, & cum Huetio mihi rem esse, fingam. Certare convitiis anicularum, ignobilis vulgi, & inficietur turis plenissimorum, eruditorum non, minime omnium Theologorum est. Naves, tacitis cedentes scopulis, quibus consitus eorum fluvius MIN est, Sinensium excogitavit subtilitas, ut naves ideo chartaceas, ferreos contra possidere nautas, perhibeantur: 19.) Convitiantibus cedendo vincimus, vincique criminando hæc nobis maxima victoria est. Nunquam melius disputatur, Guilelmo Batesio judice, quam quando equanimitate & judicio controversie expenduntur. 20.) Sedabat S I S I N N I V S tranquillitate C H R Y S O S T O M V M, æstuante licet, & vehementius paulisper insurgentem. 21.) Deliquerint facilioribus his motibus generosa quorundam mentes, & fervide invadentes, servidius represserint; Nullus hic imitationi locus. HIERONYMO potius de ORIGENE sentienti auscultandum est, non imitemur, inquieti, ejus vita, cuius virtus non possumus sequi. 22.) Lacesiverint se invicem, alter tamen altero exculpatius curioribus quandoque dictis HIERONYMVS & RVFINVS, SELNECCERVUS cum sibi adversis, BVDAEV & ERASMVS, CIACIVS & HOTOMANNVS, VOSSIVS & GRO-

NO-

15.) ibid.p.296, & alibi in hoc Tratatu passim. 16.) Mittel-Strasse P. III. p. 306.
 17.) ibid.p.314. 18.) Conf. Tilladei dissertationes sur diuerses matieres, Dissert. VI, pag 464. seqq. 19.) Berckermeyeri Antiquar. P. II. p. 207. 20.) In Vit. Walei p.92. 21.) Vedelius in Prudent. Vet. Eccles. Proleg. c. III. p. 14. 22.) Conf. Chemnitii Or. de Lett. Patr. Logis Theol. premissa A. 2. a.

NOVIUS, MENAGIVS & MAMVRRA, SALMASIUS &
dissentientes: (PVFFEND O RFFII certamina aliorumque, nam
pungunt, immo recentiora etiam nostratum vulnera non attingam:) 23.) Nos sane vestigia terrent, qui DR EXELIV M, in cuius faren exemplum, qui a IES V nomen perinde dicunt, ira peculant, audiendum potius censemus, ego, inquietem, mi lector, ita vivere conatus sum hactenus,
ut nemini metuendis, nemini hostis, neminem vel minimum turbarem aut le-
derem. Hostiliter in me agunt ali? Ego meis me chartis involvo, nec aliud
scatum, quam patientiam obficio. Atque una omnes per Domini JES V
amorem obfco, non ita citremus corpus, ut antium negligamus. 24.) Ve-
ritate nihil pretiosius; At enim, ipsa etiam veritas seditiosa dissipet.
25.) Nihil causa ex mente HIERONYMI 26.) prodefit, maledi-
centibus remaledicere, & adversarios talione mordere, cum praeceptum sit,
malum pro malo non reddi. Ita, juxta BUCHNERVM, dissentendum
est, ne veritatem dum sequimur, humanitatem interim amittamus. 27.) Male multatamur IO. EICHELIO in Epistola ad Georg. Franckium,
ipse Lutheranismus, ait; videtur sedibus suis excitus ad arma concuruisse,
quibus miserrime in propria viscera scivunt, & mutuum iharitatis & amo-
ris vinculum, quo fratres coaluerunt, studiofissime disrumpere querunt.
Nihil tractatur cause, nullum affertur argumentum, nulla auditur ratio,
omnia plena bilis, stomachi, convitorum, quibus ne orcus quidem funestiora
expuere possit. 28.) Sat fulminum, si sufficit ceuifasse; cautos tamen
nos illa hoc magis efficiunt, & tranquillitati intentos, quo magis exem-
plis aliorum ad hanc consecrandam excitamur. Modestie, ut Grotius ait,
Scholastici exemplum prabent, rationibus interfere ceriantes, non, qui mos ma-
per adeo literis inquinare capit, convitum, TVRPI FOETV IMPOTENTIS ANMI. 29.) Mittamus hinc factus criminationum tur-
pissimos, suis amplexandos basiactoribus; Nos respondebitur, sed sine
bile, silere namque. Dissidenti pro documento habetur defensio & causa pu-
blico & manifesto; 30.) male licet consentientibus locis aliis, ubi silere,
Schar-

23.) Vid. Consultissimus Dn. Lysurus de Logomachis §. 13, seqq. & I. Vossii Observat. ad Melam p. 1, seqq. 24.) I. II. Tribunal. Chrift. c. X. p. 53. 25.) Non male
sic Philipp. a Limborch. in Vit. Episcop. p. 129. 26.) Ad Pammach & Oceanum
de libris Origenis. Conf. Dispp. Gieffens. T. II. p. 373. 27.) Conf. Magnificus
Weickmannus in Iustitia cause de Polygam. Pref. p. 2. 28.) Dn. Strubii AEI.
literar. Faecic. V. p. 45. 29.) de J. B. & P. Proleg. §. 52. p. 41, seq. 30.) Nach-
richt P. IX. 1. Ord. p. 63.

Scharfioque non respondere propemodum gloria ultimamque ipsi permittere verbum aequum ducitur. 31.) Omnia ejusare certamina in eccltu militantium insanum, & SONNEMANNO Pontificio assentiri, leve & temerarium foret, qui subortos in rebus sacris congressus pro lusibus conflitibusque puerilibus (Schul-Bataglia sua pro Barbaric rudi- que in orthographicis inscitia) habere non erubescit. 32.) Refutabo, dam refutare possum, HAMELMANNI quondam vox erat, 33.) posteris penitanda, illiberalique tepidorum quorundam silentio merito opponenda. Mea, quæ scripsi quondam de Impiorum illuminatione; persant adhuc per Dei gratiam; Sed Similia tamen, quibus usus sum, invasit è dñu, pcelium ab ultimo, invalido, morboque agmine, auspiciatur. Similia in ultima saltim locata acie illustrare debebant; & hæc prensamus propemodum sola? 34.) Edificium, quod struxeram, subvertere funditus ananitimus, & externos saltim lambimus colores? Misérabile confundimus agnèn, & fortes, virique similes? Quid? Si similia quoque succubuisse mea fateres, num universum ideo, quod produxi, agmen cecidisse crederes? Bene habet, nec ita cordatiōres existimant. Nolim diffiteri, Nicolaus Caussinus ait, apud Dialecticos relata plerumque imbecillius esse similitudinis argumentum, quod exigitari velicet virique facilius potest. 35.) Post narrationes & argumenta plurimum, ut diligenter & illustrerentur, quandoque etiam in Exordiis, ubi momenta rerum perinde nondum excutiantur, locum Similibus dedit BUCHNERVS. 36.) Involucra tentori sacri illa referunt, quæ salutatum nemo venit. 37.) Nec fides, nec pietas, pie eruditus loquitur CARPOVIVS; per similia formatur, sed πρόσωπος ἐξοντείται. 38.) Pissimi si GEIERVS, similibus delectatus, non nisi addito Emphasiū fonte, debilitatis probe gnarus, eadē urget. Vistum similibus infertur maxima, si ultra tertium, quod vocant, rapiuntur; Versatili, juxta VERV LAMIVM, fabula (Similis perinde, quod dominatur in Fabula) est materia, ut hinc illinc trahi, immo & duci possit. 39.) Quod monendi causam APHTHONIO Sophistæ dedit, ne comparans totas res totis confirmo.

-
- 31.) ibid. p. 58. albique passim ubi vindicias per silentium spondet. 32.) Discussion. Exam. p. 252. 32.) Hislop. Colloq. Teberens. P. II. p. 24. 33.) Mittel-Strasse P. II. pag. 300. seqq. 35.) Eloquent. Sacr. & human. L. IV. c. 25. pag. 249. 36.) De committ. Rat. dicend. pag. 496. 37.) Scriberi. Ceelen. Schatz Hor. mil. III. p. 158. 38.) Pref. ad Gerstacker. Simissa pag. 12. 39.) de Sapient. Vet. Pref.

ferat. 40.) Nec putamus, hoc esse par, Rhetor Romanus, MARIVS VICTORINVS loquitur, quod simile. Et enim par ex mensura definita, & ex comparata utrinque quantitate cognoscimus: Simile autem non in eo, quantum sit, sed in eo, qualem sit, attendimus. 41.) Absconum proinde judicat CARPZOVIVS, ē dico, si ex eo, quod furis invasionis adventum suum assimilaverit Serytator, fur expilationis querere praesidium velit; 42.) Recte namque praecepit CAVSSINVS, necesse minime esse, que comparantur, consentire prorsus in omnibus, alioquin pars magis essent, aut aqualia, quam vere similia. Quod multi, ita namque pergit, haud satis intelligentes, in deteriorem ea, que persimilitudinem dicuntur, partem rapiunt, atque ubi simplex est ratio similitudinis, ibi requirunt aequalitatem; In quo in variis & multiplices trahi errores, necesse est. 43.) Vels, Similibus id meis minime contigisset; Sed enim & ante me aliis id evenisse memini. Fiduciam in genero adesse posse sine charitate, docuerat Summe Reverendus SCHELGVIGIVS, duplici instantia, de Saule in Davidem, & praecipitato in foveam, in praecipitanter confidente, usus: Haec arripiunt dissentientes, nec fiduciam sine charitate, quod debebant, quin potius illos, in quos fiducia ponitur, urgent, putidoque ac commentitio ausu blasphemiae postulare nostrates gestiunt. 44.) Num Christus miserum Hydropicum boyem ideo, asinumque dixit, dum charitatis officia, Sabbatho quoque licita, assumto hoc simili, ursit? Luc. XIV, 4, 5. Vellcentur igitur per me Similia mea, rapiantur, vim maximam patientur; Bene habet: Pauca repono ad ea, quæ expresso mihi nomine fuere objecta, dum pluribus res minime indiger.

Arbitrabar, primigeniam lucem sistere illuminationem primam, quartæ diei lumen secundam. 45.) Regeritur:

- 1.) P culum unicum nosse illuminationem.
- 2.) Respicere eundem c. l. ad illuminationem extraordinariam & Pentecostalem.
- 3.) Creationem simulacrum esse Regenerationis, quæ prior

40.) Progymnasm. p. 269. 41.) Exposit. in l. Rhetoric. Cicer. qua habetur in corpore Rhetorum antiquorum, quod prodidit Paris. ex officin. Plantin. 1599. p. 137.
 42.) Pref. ad Gerstaecker. Simil. p. 3. 43.) De Eloquent. Sacr. & human. L.IV. c. 53, p. 249. Conf. Dominus Nitshius in Questione nuper discussa: Num Scriptura sic ipse Deus? pag. 32. 44.) Dni; Langii Mittel-Straße P. I. pag. 213.
 45.) Vid. Tract. noster de Illuminat. non conserfor. p. 132.

*fuerit luce, ut Simile adeo invertatur, & sola regenitorum
roboretur illuminatio.*

Resp. ad PRIMVM, peti hic illud, quod est in Principio; Ex Paulinis etiam Epistolis in primis primam docui illuminationem, additis simul similibus, quae una cum reliquis fulcris etiamnum immota durant: Hic igitur vires primum periclitandæ fuissent. 46.) Ad SECUNDVM: Assumo, extraordinariam hic junui illuminationem, hæc vero ex Dissentientis mente (de Balaamo dudum illud concessit) etiam impio contingere potest. Et de Juda, mali semina mature spargente, in Festo Pentecostes tamen perinde illuminato, quid dicemus? Ad TERTIUM: Creatio non fuit ante lucem; Rudis sanc & indegessa moles creationis nomine venire nequit, qua sola lucem, primæ dici opus, antevertebat. Si omnis illuminatus ante illuminationem regenitus est, regenitus etiam Balaamus erit, pro illuminato, licet extra ordinem, a Domino dissentiente habitus. Creationis initium faciebat prima lux; Regenerationis Illuminatio, cum intellectus emendari incipit, reluctante in impiis licet postea voluntate. Ceterum edoceri vellem, quomodo Creatio secunda tertiale die facta lucem primigeniam fuerit antegressa, quod ex hypothesi Auctoris tamen supponendum omnino est? 47.) Meam ego sane in intelligendo hic infantiam profiteor. Quod restat, accipio, Domino dissentienti novum nunc datum a me esse argumentum, antea ignoratum, 48.) quo edoceri posset, nova me quædam protulisse, ne dum in aliis omnia confutata, quod alibi, oblitus paulisper sui, ægredare voluerat. 49.) Nec minus accipio, Spiritum Sanctum ante creationem obscuris incubuisse aquis, 50.) Creatio Domino dissentienti regenerationem notat; Nunquid igitur non merito inferrem, divinum Spiritum in obtenebris operari etiam ante regenerationem, quod tandem admittere, toties ei εὐαρτίας, haec tenus recularunt?

Accusaverat Dissentiens celeberrimus Relationes nostras Innocuas, quod passim carpant, potum veluti hausturæ e Nilo; sed ecce, innocentes sumus, mores enim hos nunc ipse assumit, miroque saltu, me confundatur, profilivit. 51.) Vbi dixeram, τὸν videre & mortuum esse cum secus

46.) *ibid.* p. 26. 599. 47.) *Mittel-Straß.* II. p. 302. 48.) *I. c.* p. 302. 49.) *I. c.* p. 316. 317. 50.) *I. c.* p. 302. 51.) *A pagina Tractatus mei 131, ad pag. 160, fid.*
Mitt et-Straß. II. p. 303.

ecus sentientibus non tribuendum esse impiis plene, alias nec reluctaturos aut Christi sanguinem conculcatores eosdem esse; regeritur:

- 1.) Confundi cum supernaturali vitam naturalem.
- 2.) ab Hamelmanno desumpta, non esse hujus loci, nec argumentum, quod dixeram, quatuor habere terminos.
- 3.) Nullum mortuum unquam aperuisse oculos ne miraculo quidem.
- 4.) Tabeam citius non vidisse, quam surrexisse.
- 5.) Mutuase internectione tollere, mortuum esse, & vide-re;
- 6.) Vix & illuminatissimum esse, & prima tamen conversionis carere cognitione.
- 7.) De alluminatione non queri.
- 8.) Diaphana non habere lucem in se, nec utili lumine, nec impedire eandem posse, quod de impi tamen asserendum omnino esset.

Resp. ad PRIMVM: Etiam Sanctissimus Servator a naturalibus progrederit ad Spiritualia, & in Scholis didici, Similia inventuris regna naturae, sensuale, vegetabile, minerale u. r. n. esse percurrenda; Rixentur ergo cum optimo Servatore, dexterimisque, quos habui Doctoribus, prius censores, & postea me lacestant: Ad SECUNDVM: Dialeticorum filiis penitandum relinquo, numne Ioannis Meppelenensis, cuius hic causa agitur, argumentum ab Hamelmanno rejectum, sit huius loci, pluribusque, quam par erat, pedibus incedat:

Mortui (naturaliter) non edunt;

Impii sunt (spiritualiter) mortui;

E. impii non edunt.

Ad TERTIVM: Sufficit, mortuos apertos saepe habere oculos, tametsi, quod Simile non intendit, hos ipsi non aperiant. Mortis, si mavis, imaginem, somnum sume; apertis incedere oculis videbis aliquando somniantes, alto tamen adhuc occupatos somno. Ad QVARTVM: Loquuntur contrarium diviniores Pandectæ, Act.IX. 40. videt Tabea, sed nondum surgit; surgit postea, cum oculos aperuisset, Ad QVINTVM & SEXTVM: Mortuus, qua talis, non videt: Spiritualiter mortuus lumen saepe, quod vivum, vivificumque verbum est, intellectu recipit. Mortus hic est, qua voluntatem nondum sanctificatam; Lumen tamen recipit qua intellectum illuminatum. Illuminatissimus (illuminatione Vocationis) expers esse potest notitia prægiantis & carere illuminatione Conversionis.

Immo



Immo, assumta tantisper responsive Domini Dissidentis, satisfieri dubio potest: Confundi τὸ videre naturale & supernaturale. Mortuum qua talem, non videre, largior, mortui vero oculum quandoque recipere lumen non posse, nego. Ad SEPTIMVM & OCTAVVM: Alluminatio illustrat negotium, quæ, dum conceditur, videmus, frustra omnem luminis supernaturalis & mortui contactum negari. De Diaphanis illuminatis serio, credo, dubitari non posse, cum lumen propriissime recipient. Immo datur oculi, etiam mortui, illuminatio; Docent illud optici, cum exsector bovino oculo, velut in caniera obscura, remotis in parte adversa membranis, sed illæsis tamen tunicis, flammulam candela obtensæ illabi, inversaque apparere, monstrant. Dissimilia quædam adesse in illuminatione mortui & vivi, nunquam negabitur a nobis nec negatum in Tractatu est, ubi simul ostendi, impediri quandoque illuminationem non posse, quin certa quadam ratione aliquando inevitabilem esse. Et quid lucrabitur Auctor, si de usu luminis in diaphanis disserit, cum de eo minime, sed saltim num adsit lux & recipiatur, hic sermo sit?

Novum adoritur Simile a corrusca Mosis facie desumptum, ibidemque objectat:

- 1.) *Desuisse splendorem hunc, nec durasse usque ad diffidemtiam, quod ex loco 2. Cor. III, 7. & Calovii asserto probare nititur:* 2.) *Sifacies fulgida Mosis creditis SĒ CVNDAM, dubitantis PRIMAM illuminationem sifat, illuminationem secundam primam, primam secundam fore.* 3.) *Mosen dubitatem non excidiſſe gratia D E I, adeoque hinc primam illuminationem nullo modo illustrari.*

Resp. ad PRIMVM: Quæstionem de splendoris Mosaici per omnem vitam duratione problematis accenseo, in utramque partem disputari sv̄tis: CALOVIVM non miror, quod pro transitorio citoque desinente militaverit fulgere, quia cum GROTI Vulgata pollicem premente, & tantum non pro cornibus Mosaicis pugnante, ipsi res est. 52.) Αὐτίγραφόν τι simul aliquid hic deprehendit, 53.) Iudicorum haud dubie somniis, quæ Grotio quandoque in deliciis sunt, intenten-

52.) Bibl. Illustr. V. T. ad Exod. XXXIV, 29. 53.) Bibl. Illustr. N. T. ad 2. Cor. XII, 7.

intentus, eo namque dilabuntur illi, ut, venientes in partes BELLARMINO, mortuum quoque Mosis fuisse corpus (sic vere & extra putrefactionis forte fuerit periculum?) stolidi nugentur. Notum est ex **דברים רכח** Adamum inter & Mosen confitum de prærogativa certamen, ubi inter alia Moses **Adam**, inquit, *in honore non permanit: Me cum vero, quoad vixi, mansit splendor faciei, quem dederat mibi benedictus ille.* 54.) Eodem in libro Mosi **הנּוֹרָה** etiam pugnanti pro anima sua cum Sammaele, adhuc tribuitur. Et in Tractatu de obitu Mosis a **GILBERTO GAYLMINO** Parisiis edito, transfusa denique & in Iosuam hæc gloria (cornua ineptissime vocant) perhibetur. 55.) Literæ diviniores non prima saltim vice, post habitum cum Deo colloquium, sed postea etiam fuisse Mosen dicunt. 56.) Auctoritas Legislatoria præfulgida hæc facie ipsi concilianda erat, qua sane egebat per omnem vitam, quoad cum populo, non requiescente in consiliis erat. Sumere hinc ausam nen nemo posset, ulterius arbitrandi, non nisi ruborem, caloremque vultus Mosaici in fronte, ore, oculisque erumpente, per radios, tam cito iterum desinentes, insinuari. 57.) Quid igitur prohibet, in quaestione, quam dixi, problematica tantisper pro durante hoc Mosis fulgere pronunciare, innocuumque hinc Simile decerpere? **CHALDAEVS** sane, **AMBROSIUS** 58.) **CALVOERIVS** 59.) una cum aliis pro duratione loquantur; *Radiationes, finito colloquio, non illlico cessasse*, **LIBENTANIVS** quoque alicubi asserit, 60.) ut piacularis adeo a me error non fuerit admissus. Ad SECUNDVM: Videamus probandi nervum; Si per id, quod Mosis primum evenit, secunda, per illud, quod postea, prima sistitur illuminatio, sequitur illuminationem secundam esse primam. Hic tacere mallem, quam dicere propudosum esse, quod operarum typis expressa, hæc talia legantur, cum necesse non sit, res eodem, quo sunt, etiam comparari ordine. Ad TERTIVM: Incredulum fuisse Mosen, fuisse populo offendiculo, insigni, aliquidque commisisse, cuius causa & mira temporalis afflictio mors extra Canaan non poterat averti, hoc tale mihi semper visum est, ut de lapsu Mosis insigni, quamvis gratiam, respicens, facile recuperaverit, nunquam dubitaverim. Lapsus inter Dei amicos ideo locum huc dum obti-

54.) *Bid. Hackspan. Lipmann. Nizach. p. 463.* 55.) *p. 126.* 56.) *Exod. XXXIV. 33. 34. 35.* 57.) *Bid. Calvarigloria Mosis p. 118.* 58.) *In Psalm. CLIX.* 59.) *I. c. p. 116. 118. Conf. summe Reberend. Dominus Serpilius in Vita Mosis p. 36. sgg.* 60.) *De facie Mosis cornuta Cap. II. §. 8.*

obtinuit, & gratiam amitti posse, argumento fuit. *Incredalitas scandala-*
loſa passim Mosis illud factum vocatur Theologis, CHRYSO ST O-
 MO que visum, subortam hinc Mosi tristitiam ad mortem usque durasse.
 61.) *Peccatum Mosis & Aaronis*, sic aperte, aliorum adductis sententiis,
PFEIFFERVS, in percussione petrae, quare a terra promissa exclusi sunt,
fuit diffidentia & incredulitas. 62.) Numme igitur adhuc SOLVS
 ego 63.) gratiam amisisse Mosen, contendō? Iure dubito; Et Do-
 mini Dissentientis FORTASSE diffidentiam propriam abunde
 prodit.

Simili de illuminato Solaribus radiis conclavi, spurco tamen, quis-
 quiliisque contaminato, nihil opponitur, quin aliud potius de conclavi
 ocluso, pro indole & voluntate dissentientium, assumitur, quod non est
 Similia, a me allata, prostertere, sed nova fingere. Ego etiamnum im-
 purissima, illuminata tamen simul dari conclavia, puto, recoctam vero ta-
 ties de Pelagianismo, putide nobis objecto, fabulam dudum cum aliis
 confutavi.

Illuminari petram, fructibus destitutam, perinde dixeram; hic
 plane nihil regestum est, nisi quod Simile ultra tertia allata, quod nec ar-
 tis, nec ingenii est, extenditur.

Neque rectius excipitur ad Simile de fenestris, hortulanī industria
 terræ, ubi sementem fecit, impositis; sufficit, illuminari easdem, nec tam
 ferre fructus. Reliqua ultra limites excurrunt, & quæ putantur
 inepta, censuram potius inceptam loquuntur. Sphalma ceteroquin ad-
 missum, sensum evertit, quo minus nobis absentium operarum errores
 inquitandi erunt. 64.)

A Pauli conversione Simile duxerat, contra quod excipitur:

- 1.) *Exemplum hoc magis esse, quam Simile.* 2.) *Potius contrame militare illud, quia* a) *Officium Spiritus S. Elenditicum Didacticum anteverteret.* b.) *Non nisi post tremorem Paulus informationem nactus sit.* v.) *Praeliminaris sal im informatio conversionem antegressa fuerit.* d.) *Apostolus primum cœcus esse inciperet, & cœcta-tem Pharisäicam (quæ prima mihi diceretur illuminatio)*

agno-

61.) Serpilius l.c. p. 76, 77. 62.) Dub. Vexat. p. 335. 63.) Mittel-Straß. II. p. 305. 64.) Mittel-Straß. P. II. p. 307. lin. 16. ubi dici debebat: So ge-
 hers bey denen Unbeschriften

*agnoscere ε.) Preces cum hac illuminatione connexæ, &
ζ.) totius vitæ mutatio deniq; e fuerit subsecuta.*

Resp. ad PRIMVM: Nec in exemplis, quæ itidem illustrant, deesse Similia, ipse comprobat Auctor, qui hoc exemplum *Similium plenissimum*, 65.) immo *Simile egregium*, & postea *Simile plane eximum* 66.) appellavit, confessus insuper, quod alibi negat, sibi a me novi quippiam, quod non sine cordis mentisque recreatione pensaverit, allatum esse. 67.) Extraordinariam insuper Pauli illuminationem ordinariam pulcre sistere putat, 68.) quod perlubenter acceptamus, & Balasium adeo, pro illuminato extraordinarie habet, hoc rectius pro exemplo ordinariæ illuminatorum afferri credimus. Ad SECUNDVM: Nil reprehendo, quo propria ceciderim vineta. Spiritum S. α.) reprehendere nondum antea doctum, nego. Reprehensio supponit culpam, culpa legem antea notam, quam promulgaverit primam per gratiam docentem Spiritus S. necesse est. Servator optimus primum Spiritus S. officium Didacticum, Elencticum postea urget. 69.) Prius, quam Thomam increpet Sospita or, de resurrectione docet. 70.) Prius, quam *caſiget* Dei gratia, *apparet* necesse est. 71.) Lumen θ.) de quo loquor, illuminationis primæ simulacrum, tremorem antecedebat. Sit γ.) ita, post conversionem, pleniorem secutam esse informationem; nunquam vocatum illud a nobis in dubium est. Illuminatum δ.) simul cæcumque esse, pro discrimine diversarum mentis facultatum, non pugnat, quod docui in Tractatu; Cavendum modo & circumspiciendum diligenter erat, ne hominibus Scripturæ lucem recipientibus, omnimodam tribuendo cæcitatem, in ipsas divinitates literas injurii simus. Subsequebatur (ε. & ζ.) in Paulo illuminatio etiam secunda, hinc omnia, quæ ipsi evenere, ad impios illuminatos & illuminationem primam trahenda minime, nec ultra divinum lumen cœlitus delapsum, progrediendum erat.

Petrum porro sisto lumine primum circumfusum, postea p. opalam ambulante. Obvertitur:

1.) *illuminationem & lucis approximationem, nunquam negatam, hic saltem, ratione in priorum stabiliri, illuminationem vero minime comprobari.* 2.) *Petrum prius, quam*

65.) Mittel-Straß. II. p. 305. 66.) *ibid.* p. 320. it. 311. 67.) *ibid.* p. 310. 68.) p. 308. 69.) *Joh.* XIV, 26. XV, 26. XVI, 8. 70.) *Joh.* XX, 26. 71.) *Tat.* II, 11. 12.

quam illuminationem sensisset, angelica manu fuisse percussum, & excitatum. 3.) Illuminationem & liberacionem a vinculis in Petre fuisse simul, ut adeo auctorat angelus factus sim. 72.)

Resp. ad PRIMVM: Vbicunque vera lux recipitur, immo reflectitur, ibi proprie dictam credo adesse illuminationem; Jam vero Petrum dormientem & postea intellectum impii non citra causam & rationem subsumo: Ad quocunque pergo, lux vera appropinquat, illud illuminari, necesse est: Assumptio maneat, ut facta est; nil igitur est, quod jure desideremus. Ad SECUNDVM: Non queritur de sensu, sed de actu illuminationis; hic aderat ante, quam Petrus angelica tangetur manu. *Absolute neminem illuminari, nisi excitatum a peccati somno, liberalius asseritur, alibique de Balaamo concessis illud repugnat.*

Excipis: Balaam extraordinarie saltim dicitur fuisse illuminatus; Respondebo: Cur ergo absolute pronuncias? Immo antea id datum est, per extraordiniam illuminationem ordinariam quoque, praeeunte Analogia fidei, pulcre ostendi. 73.) Ad TERTIVM: Sit ita, in exemplo Petri, tanquam prægnante sensu illuminati, liberationem a vinculis una cum illuminatione adfuisse; id tamen sufficit, non statim præsente lumine compedibus illum vinculisque fuisse exutum.

Ostenderam, uno eodemque lumine illustrati simul posse faciem blandi affabilisque, tum vero & invidi atque rixosi; objicitur vero:

- 1.) *A posse ad esse male concludi.* 2.) *Simile loqui saltim de illuminatione.* 3.) *Quid, si illuminatus oculos studiose clauderet, tum nullam secuturam esse illuminationem?* 4.) *Alia potius ratione Simile excusendum, & tum etiam probandi vim habiturum esse.* 74.)

Resp. ad PRIMVM: Duos produxi homines, qui admota candela, non saltim illuminari possunt, sed actu quoque illuminantur. Ad SECUNDVM respondi supra jam tum: Impii intellectus recipit lumen divinum, E. non foras saltim vel oculos vel tantummodo corpus radii feriunt, quod probe forsan ipse expendit Auctor, & responsionem suam non sufficiunt, haud vane auguratus est. 75.) Ad TERTIVM:

Impi-

72.) Mittelstraße p. II. p. 311. 312. 73.) ibid. p. 308. 74.) l. c. p. 312. 313.
314. 75.) ibid. p. 312.

Implus, de quo in tractatu loquor, quod prima illius pars edoceat, intellectum minime claudit, sed gratiam docentem admittit. Ad **Q V A R T V M**: Similia recens facta non adeo attendo, qui mea vindico, & in tertii semel assumptis persisto, vim Similium Domini Dissentiens ceteroquin mirans, cui illa non illustrant modo, sed maxime probant, 76. quod meis ego non tribuo, subveritus, ne eruditorum alias incurrerem censuram.

Provocaveram ad illud, idem solare lumen lustrare & faciem industrii viatoris, & desidiosae in lecto otiantis; Reponit:

Me intelligere ignarum vel adhuc dormientem, vel a somno excitatum: Si illud nudam largitur alluminat onem, cum dormiens valvas sepe obducatur, ne clarum mane fenestras intret; sin vero hoc, impii illum, dormientis adhuc in peccatis, non posse fieri imaginem,

Resp. Sumat, quemcunque velit, dormientem, hic, qua parte allabitur, illuminatur; Imago dicitur illuminata, si colores superficiei saltim externae illinuntur. Intellectum impii occupat lumen, patulum illum quidem, & minime oclusum, ut semel nobis formata questio est, nec valvae igitur nec vela objiciuntur, ut omni jure adeo dici illuminatus queat. Nunc vero & vigilantem, otio tamen diffluentem simul, tibi sit; lucem recepit ille, sed nondum ambulat: En tibi primæ, secundæque illuminationis luculentum discrimen.

Truncum quoque illuminari docueram, tametsi radios tam eleganter, ut speculum probe expolitum, minime pingat. Notatur:

1.) **D**octoribus non conversis id ex quo cedere honori, quod truncis a me assimilentur. 2.) **T**runcum intrinsecè non illuminari, quare nec impium.

Resp. ad **P R I M V M**: Honori impiorum Doctorum nunquam velificamur, si horum, dum impii sunt, sine honore nomen, donec redeant ad frugem. Trutio similem dicere, qui trunci assumpt naturam, veritas ipsa jubet. Veterem Adamum (qui hodie in primis convitiando obscuram etiam, quod in Tractatu meo alicubi detestatus sum, offerendo, sc ni nisi sepe vividum præstat:) asino indomito & contumaci similem libri

76.) **P**robandi eis Domini Autoris Similibus inesse creditur. Mittel-Strasse B. II, p. 130. it. 31.

libri nostri Symbolici dicunt; ast laesi ideo multorum honoris non accusantur. Ad SECUNDVM: Vbicunque luminis datur receptio, ibi datur illuminatio. Truncus recipit ab extra, impius ratione intellectus etiam ab intra; Eibi ab extra, hic etiam ab intra datur illuminatio.

Percenetur, 77.) quod infantem, confuse primum, & postea accuratius videntem, pro illustrando discriminé primam inter & secundam illuminationem, induixerim, quia infans recens in lucem editus regenitum, minime, ut vocat, irregenitum referret. 78.) Sed male, quod tamen in subsequentibus statim ipse animadvertisit Dominus Dissentiens, attendere non vult, quod una eademque res, pro varietate tertiorum contraria quoque repräsentare queat. Infans, uberibus matris placide admotus, fidelium, ejulans vero, vociferans, demulceri nolens & ubera versans, incredulorum haud dubie Symbolum est; Immo non de infante, sed de infantium visu mihi sermo fuit: Poterant ergo, ni fallor, animo æquiori, quam si (sit venia verbo) a matula, quod faciunt dissentientes, 79.) desumsssem, hæc Similia tolerari.

Simile, petitum a Medico ἀτάκτως vivente, qui medetur tamen aliis, rejicitur, quia manifesta committatur εἰς ἄλλο γένος μεταβασίς, progrediendo ab habitu naturali ad supernaturalem. Resp. Ergo toties ejusmodi commisit μεταβασίς celeberrimus Dn. Dissentiens, quoties Similia mea, a naturalibus desumpta, emendavit, & quod in antecedentibus saepe fecit, invita licet in rem suam convertit. Immo, idem commiserit, necesse est, dum de Medico Simile suæ crepidæ aptat, posteaque sua, quam meditatur, civitate donat. 80.)

Hac placuit Dissentienti celeberrimo excerpere, & mecum, sepositis reliquis, communicare, ea modestia in plurimis usus, quam & miror, & modis omnibus huc dum deprædico; Utinam Viris toto orbe celeberrimis pari tranquillitate responsum esset. Videt interim Amplissimus Vir, quana diem doceat dies, & quam multa adhuc, etiam in hoc Illuminationis certamine, sugerere unctio debeat. Monita, quibus me excitare placuit, 81.) pia, vacuaque præjudicatis opinionibus mente pensavi, Iudicem, quem cœctui meo hoc integro anno reformidandum fisto, reformidans; At, non invenio, quod timeam. Causam DEI ago, verbo

77.) L.c.p.24. 78.) Mittel-Strasse II. p. 314. 315. 79.) Vid. Tr. noster de Illuminat. p. 122. 80.) Mittel-Str. II. p. 315. 81.) ibid. p. 316. seq.

bo suam vim vindicaturus, mysteriisque pretium, tametsi impii sint censes perituri. Corpus hoc, quod debile circumfero & mortale, citius evacuetur Spiritu, quam, quod Spiritu evacuari verbum, quantum in me est, passurus sim. Iudicet aequus Lector, uter nostrum, scribendi genus penitus in primis, diviniori compulsus Spiritu, de Illuminatione scripsit? Catalogum convitiorum, criminacionum obscenissimorumque dictorum texere ex Dissentientis scriptis, negotio mihi facilimo foret, nec plane abnuo, me illud non facturum in posterum, praesidiaque simul ostensurum esse, quae profligatissime errantes in his scriptis hactenus invenere; idem prætent scripta penitentes mea, & viri mihi fortisque erunt. Nihil, quod scripsi, confutatum, Similia, quod ostendi, leviter tacta sunt, veritas namque, quam tueor, accusari quidem, superari vero non potest. H atus ille, quo mea omnia videri debent confutata, propria reclamante conscientia, 82.) hoc minus a me attenditur, quo exploratus apud me est, hunc unguem nondum prodere leonem. Demonstrationes, ait celeberrimus Dissentiens, si singula scripti mei persequi voluisset, tales fuissent futuras, quales hactenus dedisset; bene spero: Si solidiora metuenda non sunt, animum sane nunquam despondebo, hactenus enim Tractatus meus, parte, qua illud minime sentit, eaque minima invalidissimaque arroditur. Decerpuntur passim ex eo alia, quæ tacitus, dato mihi sic tempore & loco, non præteribo. Excipitur alicubi ad locum Phil. I. 15. seq. 83.)

- 1.) *Doctores, Paulo memoratos, non fuissent illuminatos,*
 a) *quia textus hoc non diceret.* b) *quia invidia & litigandi studio fuerint compulsi, quod gratiam ministerialem facile eluderet.* c) *quia Christum non prædicassent & vices, sed, pro more, ceremonialia adminiscurissent, Paulumque, pure prædicantem, persecuti fuerint.* d) *quia πρόφασιν saltim & νέες habuissent.* e) *Quia falsi, saltim non in omnibus orthodoxi, hi doctores fuissent.* 2.) *Gavisum de his Apostolum non esse;* a) *quia falsa docuissent.* b) *quia vel in Christo (τέτοιο relato ad remotius, χρυσός) vel ob intentatas sibi calamitates triumpharit, quod adstruat.* c) *tum contextus, tum locus parallelus Phil. III. 18.*
- 3.) *Lu-*

82.) *ibid. p. 317.* 83.) *Mittel-Straß. II. p. 289.*

3.) *Lutheri versionem, varie hic offenditatem, nostro, ut
putat, errori dedisse ansam.*

Resp. *Vindicias* hujus loci non, nisi simul dederim; tentavi, nec, si pro veritate ulterius loquar, *me turpiter dabo*, quamvis illud afferat, ultimum sperer, optetve fortasse Auctor. 84.) Nova, quam dedit interpretatione, me hoc minus movere potest, quod ad eam non nisi per Parentis, Lutheri, vulnera potuit pervenire. Repono igitur ad PRIMVM: α) nudo asserto, citra additas rationes, nullam deberi fidem. Expressa etiam textu Doctorum memoratorum illuminatio, quia Christum praedicant; Praeconium vero Christi ex natura fingere, PVCCIVS, ipsique ἐρωτηφοι instituant; Nobis sane illud integrum non est. β) Gratiam ministerialem, cuius nunc patientiores, secus, quam quondam, aliquanto sumus, stare posse cum odio, invidia, & litigandi pruritu, illis comprehensu facilimum est, qui a Donatistarum cavere sibi castris didicere. Exstimulaverint Doctores memoratos haec vitia, accesserit ambitio, convitiandi libido, frens perfricta, positusque pudor κ. τ. λ. prædicaverint tamen Christum, minimum aliquando, pure, nec lapsi fuerint subinde in doctrinalibus; illuminati utique, nec saltim a natura, quæ Christum ignorat, docti fuere, exemplo vel ipsorum a nobis dissentientium, qui convitiorum convehunt plastra, obscœna, multaque iracundia plenisima verba eructant, nostratisbusque superiorum iras, ut Paulo vincula mali Doctores, conciliare volunt, & de sua tamen illuminatione minime omnium dubitant. γ) Αγνῶς ad vitæ pudicitiam potissimum refertur; Αγνὴ γυνὴ, άγνὴ τὸν ἀφροδισιῶν, άγνὲς γάμου PLATONI prædictantur & PLVTARCHO, & HESIODVS άγνῶς γῆ παθηπός non illibenter conjungit. Sacrae literæ non nisi semel hanc vocem in loco nostro adhibuere, similique modo άγνετητα, semel expressam, de castitate cupiunt intellectam. 85.) Quorsum & junctæ affinitate voces άγνεια, άγνος, άγνισω omnino tendunt. Non insolens quippe tum erat, spurcitem a perversis Doctoribus quoque admitti in vita; A scortatione cavere jubet Concilium Hierosolymitanum, 86.) tanquam vitio, tum maxime frequentatio, ideo, si scriptori recentiori, TIMOTHEVM PHILOGRAPHVM se vocat, habenda fides, quod docebant nonnulli, fidelem, gentili adhuc junctum uxori, abstinere oportere, & scortationi potius indulgere. 87.) Quicquid vero sit;

Lar-

84.) *I.c.p. 293.* 85.) *2.Cor.VI, 6.* 86.) *Aff.XV, 29.* 87.) *Reponse à quelques questions p. 77.*

Largiamur ita ἀγνῶς Christum non prædicasse quosdam, ut puri fuerint & orthodoxi in omnibus; Erant tamen in quibusdam, exemplo Pharisæorum, qui aliquando fermentum itidem admiscent, & tamen, qua pure docent, illuminati, habilesque vel Christi etiam discipulorum Doctores sunt. Idem Pharisæi ceremonias studiose consecabantur, juratique Servatoris, ut Philippini Pauli hostes erant; nec tamen vel sic illuminatione omni, docendique capacitate carebant. Πρόφασις δ) sub qua Christus prædicatur ab inyidis & rixosis, non tollit lumen in intellectu; intentio namque ministri tam efficax, ni Pontificiis forsah favere velis, non est. Αὐθεῖα hic negatur prædicantibus non objecti, uti loquuntur, & formæ, sed scopi. Verbo præente docens, ut plausum, baptizans, absolvens & cœnam porrigen, ut numeros acupetur, scopi excidit ἀνθεῖα; sub προφάσει tamen quæstæ D EI gloriæ & hominum salutis omnia agit: Num vero ideo hunc vere non docuisse, baptizasse, absolvisse, cœnam dedisse dices? Præter Timotheum omnes reliqui ε τὰ Χριστὸς, sed τὰ εἰωνίων quærebant; Num vero Timotheus solus tum fuerit illuminatus? 88.) In omnibus ε) orthodoxos non fuisse Doctores Philippinos, quid si concederem? Orthodoxi tamen erant illuminatique in quibusdam, quod fusius docui in Tractatu, & Pharisæorum exemplo rei fidem ulteriore feci. Ad SECUNDVM: Gaudere de iis poterat Apostolus, quia, α.) quod dictum, falsa non omnia docebant. Corruptum Evangelium melius esse, quam nullum, ab Auctore alibi assertum est; 89.) De meliori igitur hoc Evangelio quidni gauderet? Εν τέτω δ) cur referendum sit ad Christum, non video, rationes prægnantes saltim non afferuntur; Άque crediderim mendose hoc conjici, quam literis exprimi. (εν τέτω Χαιρεῖν.) 90.) In afflictionibus gaudebat Apostolus, non vero ob pessima infigentes, quorum causa intensissimo potius angebatur dolore. 91.) Contextus γ) mihi perinde non adversatur; τὰ εἰωνίων quærentes, ἀγνῶς non incedebant, nec tamen a Doctorum Illuminatorum numero protenus excluduntur, cum Timotheus alioquin superfluisse Deo, Pauloque solus dicendus sit. 92.) Tristatur in loco, qui dicitur parallelus, Apostolus de Doctoribus, qua in doctrina ut hostes crucis Christi, quorsum Iudeos refero in primis, se gerebant, quod facere umbratiles quoque Pharisæi quandoque sole-

88.) Phil. II, 21. 89.) Sib. Tratt. noster de Illuminat. p. 65. 90.) Mittel-Strass. II. p. 293. 91.) Philipp. II, 17. 92.) Philipp. II, 18.

solebant; Tales vero tunc non omnes Doctores erant, nec semper his heterodoxiis inhærebant: Sobrii quandoque facti, & in Mosis cathedra confidentes, doctrinam profitebantur, Christi quoque discipulis cupidissime hauciemdam. Ad T E R T I U M: Lutherum iterum nunc castigari, doleo, quando ne pristina quidem huc dum obducta sunt vulnera. Stabit Megalandri versio, nec enim, quod vidimus, incongrui quippiam admisit, cum omnia contra eam excitata hactenus scripta vel seculum consumet, vel tacita incipiet sepelire oblivio. AEGIDIO HVNNIO, si cuiquam, Sacrarum literarum interpretationem debemus solidam; Hic vero in loco hoc Paulino duo genera hominum agnoscit, quorum sermonibus nomen Christi inclarescat, qui, carpentes licet alias & blasphemantes Evangelii doctrinam, famam de Christo tamen reddiderint celebriorem, que res ad conversionem multorum viam quasi stravisset. Gaudere Apostolum, porro docet, quod etiam apud inimicos sic fama de Christo increbescat, que res suo, ad aliquorum conversionem fructu caritura minime sit. Immo rationem gaudi sui etiam ex minus fidelis predicatione concepit, commemorare Apostolum, antiquæ Orthodoxyæ tenacissimus Theologus observat, quia norit, hoc sibi in salutem cesserum esse. 93.) Non possum, dum incido in recensissimum Auctorem, (T I M O T H E U M P H I L O G R A P H U M se vocat, & de loco simul nostro, data leviter occasione, sollicitus est,) quin verbis illius disquisitioni de loco Paulino finem imponam: *Vn- même Evangile, inquit, avoit été des le commencement de la predication porté aux uns & aux autres. Tous avoient recù la semence de la parole du Messie, qui devoit venir ou qui étoit venu en chair; Tous avoient recù l'Esprit de grace; tous avoient été lavez et ILLVMINEZ, tous avoient été sanctifiez par le sang de l'alliance; tous avoient goûté le don celeste, la bonne parole de Dieu, et les puissances du Siecle à venir: Mais les uns avec une disposition interieure bien differente de celle des autres: les uns comme une bonne terre preparée par le Pere celeste, et les autres, comme une terre pierreuse au remplie d'épines.* 94.)

Ad Balaami iterum exemplum, & quæ in Tractatu mèo hoc nomine produxeram, quædam excipiuntur: 95.)

1.) Aequæ

93.) *Thesaur. Apostol. p. 577.* 94.) *Reponse a quelques questions sur des sujets importans de l' ecriture p. 28.* 95.) *Mittel-Straße II. p. 294. sqq.*

- 1.) *Æque impossibile esse impiorum illuminationem, quam impossibilis sit asinorum loratio, mediumque illuminatio- nis non nisi in ordine ad pœnitentiam dari.* 2.) *In paucis saltim illuminatum fuisse Balaamum, nec totam tenuisse fidei Analogiam.* 3.) *Desiisse cito post actus, Moysi descri- ptos, hoc lumen, nec fuisse adeo habituale.* 4.) *Semel quædam dixisse ex illuminatione Balaamum, vix sibi sa- tis nota, nedum, ut Doctoris officio functus, pluribus & constanter has veritates inculcasset.* 5.) *Balaamum ali- bi docuisse falsa, hinc rejici eundem 2. Pet. III, 15. sqq. Iud. v. II. Apoc. II, 14.* 6.) *Si Balaami valeret exemplum impius tum revelationes immediatas esse tribuendas.* 7.) *Bene conciliari posse extraordinarie illuminatum, & asina insipientiorem esse;* de ordinaria illuminatione vero illud valere minime. 96.)

Resp. Supersedere poteram responsione omni; si quis enim mo- menta Tractatus mei pensabit, 97.) vix leviter ea, immo plurima pla- ne non tacta intelliget. Respondebo tamen, sed paucis, ad PRIMVM: Peti sic, quod est in principio, centiesque confutata negari. CUL- enim in Balaamo impiissimo, imo, ut prolixius urgetur, heterodoxo possibilis erat illuminatio? Illuminatum hunc fuisse, supra concessum est. Fuerit id factum extra ordinem; pro nobis hoc militabit magis; si namque impiis Spiritus S. accessum multo intimorem non negat, quanto magis generatori nec æque familiari eos dignabitur. Ex dissentientibus multi horrendis nos invasere convitiis, & nondum ideo, ut publice fecerunt, pœnituere publice; Numne igitur illuminati no- sunt? Ægre id mihi datum iri, conjicio. Ad SECUNDVM: Si in- paucis fuit illuminatus Balaam, habemus impii illuminati exemplum, quod unum hic volebamus. Magis & minus neque hic nobis variant rem. Credo, pro sua illud modestia Dominum Dissidentem esse ad- missurum, se, prout homo est, qui peregrinatur adhuc in corpore, non- dum omnia scire, quæ humana tamen capit conditio, immo in quibus- dam, durante etiam certamine, rectius fuisse edoctum; nec de sua ta- men hinc dubitavit illuminatione. Reliquos Analogiæ Articulos si non- dum

96.) Mittel-Straß, II. p. 294. sqq. 97.) p. 67. sqq.

dum tenuit Balaam, relapsus in causa est ad doctrinas idololatricas & falsas; Quod, dum multi Doctores impii non agunt, in illuminatione longius progrediuntur. Ad TERTIVM & QVARTVM: Desisse notitiam de Messia in Balaamo, nondum probatum est, dum minime invitatos, more impuri Dæmonis, Spiritus S. rapuit Prophetas. Me non monente, Domino Dissidenti notum est, quam difficile sit, seculum aliquod fingere oblivionis & obtinere; conatus hic noti sunt Cartesiani: Multorum, si maxime velimus, obliisci non possumus. Non meminisse Prophetiarum, quas ediderant, postea Prophetas, ego non dixerim. Recordatur Paulus eorum, quæ scripsit dixique ex Spiritu afflato, jam moriturus, quod ex Testamento Paulino, posteriori ad Timotheum Epistola liquet. 98.) Inscios, quod dixi, & Sibyllino more suos non arripiebat, cum inspiraret, Spiritus; nec de solis hic queritur Doctoribus illuminatis, quamvis potissimum, Doctorum etiam numero Balaamus non prouersus sit eximendus: 99.) Impii illuminati habuisse exemplum, hoc nobis satis est. Ad QVINTVM: Docuerit alios Balaamus falsa, (antea dubitabat, num alios docuerit, & nunc loca allegat, ubi Pseudo-Prophetis annumeratur) relapsus etiam fuerit; sufficit, si vel in solo, quod dedit de Messia, oraculo illuminatus fuit. Idem evenit Pharisais, supra memoratis, quod fusius in Tractatu edocui. IOANNEM TENNHARDVM, fratrem DAVTII oculissimum, quem si pro Pseudo-Propheta homines habent, tum lingua tumore iis corripitur, immo mortui confessim in terram procidunt, 100.) TENNHARDVM, inquam, audient forte Dissidentes; sed huic longe alterum visum est de re: Sanctis potius Dei Prophetis Balaamum ille accensuit. 101.) Ad SEXTVM: Impiis, revelationes immediatas, quo usque haec durarunt, tribuere, nullus dubito; Iam vero hoc nostro tempore a speciali, impiis dato revelandi modo, immediato scilicet, arbitror, ad generaliorem, divinam scilicet, concludere, cum, qui illum largitur impiis, multo minus denegare hanc posse, presumendus sit. Ad SEPTIMVM: Cur magis haec pugnant: Ordinarie per verbum illuminari, & simul impium esse, quam hoc: Per afflatum extraordinarie illuminari & a fin a simul insipientiorem esse, nondum video, nec quod flagitave-

98.) 2. Tim. I. 13, II. 8, III. 14, 15. 99.) Vide hoc comprobantem Magnificum Læucherum Cenc. Funer. in obitum Domini J. G. Schubarti 1711. p. 3. 100.) Ibid. 70. Maximil. Dast Meditat. p. 46. it. plag. D. 8., b. 101.) Tennhardi Unt. Wort auf die Puncte p. 96. seq.

taveram ab Auctore, 102.) *huc dum præstitum est.* Ad Mosen me-
ablegat & Petrum; 103.) *Sed, si loca expendo allegata Num. XXV. 1.
seqq. XXXI. 16. 2. Pet. II. 5. seqq. nihil invenio, nisi quod erroribus
Balaam vitiisque fuerit inquinatus, quibus vero assertionibus ipsius il-
luminatio non tollitur.* Tò extraordinarium sane hic nihil conficit;
quis namque ita concludit: *Petra equidem, vel locus qui spiam fordinus illuminari potest per fulgura, extra ordinem quandoque hyemali
tempore conspecta;* At vero si lumen solis lunæque ordinarie allabitur,
tum nulla hæc illuminatio est; quis ita, nisi per febrim somniumque
concluderet? Reliqua a me allata ne tanguntur quidem, nec ea quidem,
quæ ex L V T H E R O, ipsoque S P E N E R O desumseram. Scom-
mata Tractatus noster ignorat, & loco citato 104.) ne verbulum quidem
occurrit, quo ostendi quicquam possit; Quæ consequuntur, instantiae
sunt, quæ fundamentum habent in re. 105.)

De Iuda Apostolo, cuius mentionem feceram in Tractatu, 106.)
nunc quædam itidem monentur, ubi principio difficeretur alsequor,
*estum ut exemplum impii, & tamen simul non-conversi Theologi fuisse
productum;* 107.) Illuminati, simul tamen non-conversi ego stiteram
exemplum. Solemniter postea accipio, quædam, post varias in omnes
partes conversiones, nunc dari, antea non concessa. v. g. *Non omne
intellectus lumen Iude defuisse, donum miraculorum (quod dōna admini-
strantia, tanto alias molimine rejecta probat) ipsum habuisse, cognitio-
nem Iude non mere adhuc fuisse naturalem.* Obvertit tamen adhuc
nonnulla;

- 1.) *Iudam forte ab initio non statim fuisse impium.* 2.) *Grati-
tiam convertentem in Iude esse operatam, immo ex Iudai-
smo pietatis semen ipsi superfuisse.* 3.) *Motus saepe haud
dubie sensisse efficacissimos, insuperque ad prædicandum*

ex-

102.) *Tr. de Illuminat. p. 71.* 103.) *Mittel-Strasse II. pag. 290.* 104.) *pag. 68.*
105.) *ibid. p. 70. 71.* *Plura de Balaamo, preter fontes in Tractatu allegatos, da-
bunt B. Knackfussius pecul. Dissert. de Bileam impio donis administrantibus or-
nato, Sanctificantibus vero destituto. Conf. etiam Jo. Coccejus OO. T. I. Com-
mentar. in Balaami Prophetiam Num. XXIII. seqq. Magnif. Læscherus Conc.
Fun. in obitum Schubarti 1711, pag. 2. seqq. 106.) *pag. 75.* 107.) *Mittel-
Strass. II. p. 297.**



*extraordinarie Apostolam Apostolum suisse compulsum
4.) Ultimis temporibus lumen intellectus Iudae amissum.*

Resp. ad PRIMVM: Mature admodum Iudas vocatur Diabolus Ioh. VI, 70. Avaritiae aspergiverat, crumenam gestans, quod diu ante ultimum lapsum fecerat; Et rationes hic jure postulo negationis. Ad SECUNDVM: Idem evenit impiis illuminatis aliis; ostendi scilicet, nunquam illuminare Deum intellectum, ubi non simul pulsat voluntatem. Si Iude ex Iudaismo, quidni potius in Ecclesia impiis ex Christianismo igniculi supersint & semina pietatis? Ad TERTIVM: Motus, de quibus loquimur, impiis largimur & nos; De *extraordinario* supra vidimus, nec illud tam insigne in Iude est, cum illi, quod Balaam extra ordinem evenit, vel ex Auctoris ipsius mente æquandum non sit. Ad QVARTVM: Fingitur hic transitorium lumen, non probatur. Simile a templo, affabre picto, sed postea inquinato, quod pristini tamen Artificis referat opus, in Tractatu dedi; evanidum adeo fingere divinum lumen, nobis non licet. Excusatus Iudas peccatus fuisset, si intellectus omne amisisset lumen. Quoties, quælo, per diem homo naturalis, & vicissim spiritualis fieret, si, pro admissis voluntariis peccatis, hoc momento spiritualiter rudis, & paulo post, non hausta etiam nova, præter, quam habuerat ante, doctrina, spiritualiter eruditus evaderet?

Vix quædam Tractatus mei attinguntur exempla, plurima, velut non visa, transmisit. Ad illud de Hypocritis & Nicodemo Matth. VII, 13. Joh. III, 2. excipitur: 108.)

Illorum illuminationem non laudari; & hunc regenerationis mysterium nondum intellexisse.

Sed enim illud nunquam diximus, cum adesse possit illuminatio, nunquam tamen laudata. Hic vero, Nicodemus, in Articulo de Christo divinum lumen acceperat, quantumvis in aliis fidei capitibus adhuc cœcutiret.

Plura non attendo, pluries confutata, de quibus etiam certus per omnia non sum, num mihi speciatim ea fuerint opposita. Argumentum ceteroquin de indigne ad Coenam accendentibus sibi constat. 109.) Si Coena clementio cœlesti propter indignos evacuanda non est, nec verbum Spiritu evacuari in gratiam impiorum debet, cum a visibili ad audi-

bile

108.) *Tr. de Illum. p. 76. Mittel-Strasse II. 297.* 109.) *ibid. p. 318.*

bile verbum haud incongrue concludamus. Omne lumen habituale exercitio virium spiritualium esse acquirendum, perperam asseritur; quid enim de prima informationis divina portione, quæ subito s^ep^ee evenit, sentiendum esset? De Peccatoribus in Spiritum S. quos modo illuminatos fuisse, modo lumen, cum tales fierent, amisisse dicit celeberrimus Dissentiens; 110.) non opus esse existimo, quædam reponi, cum animi saltim gratia, quod plane confido, ita namque asserta omni destituuntur robore, illa adjecta putem.

Speciosum illud Dissentientibus videtur argumentum, 111.) ubi dicitur, relapsum per notitiam mysteriorum quondam haustam, converti. Excipitur:

Medio saltim hoc (literali notitia) utpote paedagogico, uti Spiritum S. ad conversionem.

Nihil hoc propemodum est, quod dicitur. Siste tibi hominem, puriori doctrina innutritum, vehementer lapsum, nunc vero sine novo auditu, nova lectione, sola recordatione eorum, quæ sciverat de diuinis, resipisceret. Hunc dicit ad conversionem vel raptus extraordinarius, vel natura, vel, quam habuit ante, notitia. Illud fanaticum; istud Pelagianum; hoc orthodoxum, idemque illud est, quod hactenus vindicavimus.

Nunc Te, summe Reverende Domine, eodem, quo Tu me, jure vicissim alloquor; pensites, velim, qua conscientia huc usque mea, nullo crimine & noxa contaminata, refutari, vel, quod factum est, tangi leviter potuerint? Non diffiteris, hactenus controversa Te nunc intimius, quam ante, introspicere; Immo feritatem paulo deponere pristinam visus es, emendaturus quoque fervorem, in verbis antea admissum. 112.) Tolerari insuper hic saltim, quod errantium, insolitaque crepantium alioquin est, voluisti. 113.) Quid, si etiam in posterum adhuc intimius inspiceres, & hominem Te esse, hoc est, errare posse, intelligeres? Palinodiam equidem Te cecinisse, videri non vis, 114.) quin potius in capite de Illuminatione monentibus, Te minime cessurum, dudum minitatus es: 115.) Sed enim pensates, velim, nec conscientiam a Te abesse, erroneam minimum, quod ipse augu-

110.) *ibid. p. 318. 319.* 111.) *Mittel-Strasse II. p. 319.* 112.) *Antibarb. II. Epist. ad Theol. p. 49.* 113.) *Demonstrat. de sera illuminat. p. 238. Epist. Epistol. p. 43.* 114.) *Mittel-Strasse II. p. 292.* 115.) *Antibarb. I. Epist. ad Theolog. p. 16.*

augurarisi, 116.) posse. Nullus, tuo ipsius judicio es, defectum utpote tuorum probe tibi conscientis, quando demisse, ex Servatoris praescripto de Te sentis; 117.) minimum inter veritatis testes, minimum inter unctos Theologos Te, Vir celeberrime, alibi appellatas; age, cum omnia doceas unctio, forsitan, qua hactenus impugnas, illa Te etiamnum docebit. Non sufficit, quod LVTHERVS in sibi adversis dolet, librum factum, titulumque facere: Responso; 118.) confutanda erant, quae aggre- dimur scripta. Non vifa, tractatus nunquam inspectos confutare soles, celeberrime Vir, mirando plurimis instituto; confutas MAYERI ad Apologiam Halensem Respcionem; 119.) RHA VII Pietistam ju- dicatum; 120.) WEISII Aretologiam; 121.) EILMARI Sa- cerdotium Spirituale; 122.) FECHTII Syllabum, ne quidem edi- tum, 123.) pluraque alia scripta, 124.) de quibus fateris singulis, nec oculis quidem Te ea usurpasse: Non visa igitur dum refellis, cur- visa Tibi adeo sine censura in capitibus extantioribus dimittis? Sed ita nunc mores ferunt; Defenduntur etiam & exculpantur nunquam visa, nec ulla ratione perlustrata. Defenditur ARNOLDI Christia- nismus V.T. 125.) BRECKLINGII Synagoga Satanæ, 126.) CRASSECII Apologia, 127.) POIRETVS, 128.) & de singulis scribitur palam, vel plane non, vel, quod Poiretum attinet, pericu- losiora ejusdem scripta nondum antea fuisse perlecta. Iudica, celeberrime Vir, vel ipse, numne hoc sit Θέσιν φυλάττειν, studiumque gloriae magis, quam veritatis prodere. Recorderis, Te in aliis meliora fuisse edoctum, nec dubites, superesse adhuc, quæ admittere, & conceptam firmiter sententiam descrere suadeant. Sic opinabar si quondam, lumen medii abesse ab impiis, quo minime illuminentur; nec doceri illos a Deo: Iam vero rectius sentis, dari impiorum quoque experientiam, ubi efficaciter sepe tangerentur, convincerentur, inrinsecque redarguerentur, idque per Verbum fieri, præclare afferis. 129.) Nullam dari sine Spiritu Filii cogni- tio-

-
- 116.) Antibarb. II. Epist. ad Theol. p. 49. 117.) Antibarb. I. Ep. ad Theol. p. 16.
 118.) Luth. T. III. Jen. f. 367. Conf. Tripol. Bericht von neuen Propheten
 Pref. p. 42. 119.) Nachricht. P. VII. 34. Ordin. p. 75. 120.) Ibidem p. 55. 121.)
 ibid. p. 114. 122.) Nachr. V. p. 81. 123.) Creuz-Reich p. 494. Et alibi, frigida namque est semel hic admissa vel Apologia vel excusatio, Demonstrat. p. 260.
 124.) Nachr. III. p. 33. 125.) Nachr. II. p. 85. 126.) ibid. p. 29. fgg. 127.)
 Nachr. III. p. 77. 128.) Mittel-Straße P. III. p. 304. Conf. p. 295. Et imprimit
 p. 622. Addatur Medicin. ment. Pref. §. 11. ubi laudes Et superbia Poireti simul.
 129.) Mittel-Straß. II, p. 29. 30.

ssionem, alibi, ceu extra dubium, ponis. 130.) Multa dixerat de medicina & vino, ubi, si evanuerint spiritus, aqua remaneat & vappa; nunc vero contra BARCLAYM & separationem Spiritus a verbo militas. 131.) Pharisaeos, ut cœcos, perperamque a nobis adductos, fueras aversatus; nunc multa illos docuisse in cathedra Mosis sobrie, adeo, ut animabus prodeſſe potuerint, concedis. 132.) Largitis itidem, illum, qui literalem Scripturæ ſenſum admittit, illuminari. 133.) Improbas, cognitionem hanc literalem pro noxia, immo Diabolica (utinam, quæ scripta ſunt in hoc genere, ſimul, ut noxia, quo ſatisficeret Ecclesiæ, retractarent, quotquot pio coetui offendiculo fuere) haberi. 134.) Dona ministrantia, & gratiam ministerialem probas. 135.) Gratiam provenientem & affiſſentem, cui minime favebas antea, cum, quod docui in Tractatu, 136.) ætatem ferre Tibi minime, quin conficta potius a REINHARDO ante hos 40. vel 50. annos, Matæologorum ac turpiter ſe dantium, immo absurdæ eſſe, videretur, 137. hanc, inquam, gratiam nunc pateris. 138.) Altus spiritualiter cognoscendi imbecilliores, immo igniculus quosdam, quin allapsum aliquem numinis, gratia que applicatrix unum alterumque motum, de quo mire gaudeo, nunc concedis, 139.) &, quod insuper addo, lumen in impio, post lapsum remanens, quod naturale alioqui vocas, nunc ſimul lumen Scripturæ, literale licet & historicum appellatas. 140.) Age, Vir summe Reverende, in confiniis versaris forſan veritatis, quam pie conſectamur. Concessis impio igniculis, 141.) ne lumen, quæſo, amplius nega, & quam de Habitū illuminationis concepiſti difficultatem, cum viderimus in Tractatu etiam de illa, aliquando ſupera illuminationem aliquam ante fidem, indolem noritie quandam supernaturalem & spiritualē, tanquam aliquod illuminationis initium alibi, ad fideles licet maxime inclinatus, admittis; cur prīmæ itaque ſecundæque illuminationis diſcriben tantopere oppugnas? 142.) Non abnuiſ, doctrine objetum

130.) ibid. p. 41. 131.) ibid. p. 51. 132.) ibid. p. 72. 133.) ibid. p. 91. 134.) I.c. Conf. Epictif. Epift. p. 28. Demonſtr. p. 6. 135.) Mittelſtr. I.c. Demonſtr. p. 7. 136.) p. 148. ſq. 137.) Antibarb. I. p. 173. Medicin. ment. p. 345. it. 357. 138.) Mittel-Strass. I.c. p. 92. Demonſtr. p. 7. 139.) Mittel-Strass. I. c. p. 92. 93. Demonſtr. p. 18. 140.) Mittel-Strass. I.c. p. 93. 141.) Conceduntur perinde Scintille illuminationis, licet tantum alibi, qui bero, dum recipiuntur ab impiis intellectu, qui dubitaret de illuminatione paſſiva, immo etiam de habitu illuminationis intellectuālīs? Epictif. Epiftol. p. 35. Conf. de ingniciis concessis Mittel-Strass. II. p. 287. 288. 142.) Difſert. Elent. p. 70. Demonſtrat. p. 7. Crenz, Reich p. 444.

fectum (vel, quod idem est, divinum lumen) offerri impio, immo recipi
pedagogice; 143.) hem, quam fere probris in nostram concessisti sen-
tentiam! Emendationem alias non subterfugis; Mille, ubi scripseras,
centum, postea monitus (Dispensatoris Luc. XVI. notissimos mores, ut
possem, minime urgebo) admittis. 144.) Appendices supervacuo-
rum, quos feceras, nunc abesse jubes. 145.) Conversionem ab intelle-
ctu auspicaris; 146.) dira nomina, durisque expressiones potuisse
cessare, agnoscis, 147.) ad pristina licet, me haud dubie puncturus,
relapsus. 148.) Ministrum non remittere organice peccata, sed declarare
saltim remissionem, conferre minime, prolixe admodum probare volue-
ras, 149.) & Pontificium, quos convitiabar ita, Pseudorthodoxorum
errorem, immo Barbarismum, nullo colore inducendum, perstrinxeras;
150.) nunc vero facta Tibi saltim problematica haec quæstio est. 151.)
Fabella de B. SPERLING II, facta B. NEV MANN O oppositione
abs Te, velut ita, nec aliter gesta, fuerat recensita; jam, cum inania falsa-
que sint omnia, quod ipse, testis oculatus, iterum assevero; hujus Te sup-
pudet assertionis & nimia credulitatis, quod Tu nobis silentio probas.
In Pharisaos, eorumque ex Mosis cathedra doctrinam, ut antea, offensus
adeo amplius non es, ut deseruisse & hic paulisper astus videri queat.
152.) Fassus fueras, nullum impium posse verbum Deipure & incorrupte do-
cere; 153.) Corrigebas mentem, posse illum sine fundamentalibus erro-
ribus proponere doctrinam Evangelicam. 154.) Multam conceperas
spem de Theologo Hamburgensi, Domino D A N. SEVERIN. SCVL-
TETO, placuerat ille Tibi in plurimis; 155.) Majorem, quam hujus
confessionem, ne optaveras quidem, immo gratulatus Tibi de hoc publico &
egregio consensus documento fueras; 156.) SCVL TETI consensu redi-
didisse se adversarios àuctoritatibus, velut inter Sculteti necessitudines
versans, opinatus fueras: 157.) At, quantum postea mutatus es!
Crasse scilicet Pelagianus factus Tibi Scultetus est, cuius crasse Pelagianas
hypostasis

143.) *Dissert. Elench.* p. 70. 144.) *Nachr. VII. 1. 2. ordn. p. 29.* 145.) *Nachr. IX. 1. ordn. p. 89.* 146.) *Demonstr. p. 6.* *Creutz-Reich. p. 436.* *Dialys. p. 45.*
ubi dubitare Dn. *Dissentiens* incepit, nec *Museus* tunc promissus, hactenus pluri-
redit. *Conf. Mittel-Straß. I. 41.* 147.) *Creutz-Reich. p. 101.* 148.) *ibid. p.*
257. 149.) *Antibarb. I. p. 524. 599.* 150.) *ibid. p. 531.* 151.) *Creutz-Reich*
p. 282. 152.) *Mittel-Straß. p. 31.* 153.) *Antibarb. I. p. 186.* 154.) *De-*
monstr. p. 8. 155.) *Antibarb. II. Epist. ad Theot. p. 11.* 156.) *ibid. p. 16. it. p. 7.*
157.) *Dialys. p. 121.*

hypotheses & locutiones vix sat is accusare potes. 158.) Quem mirabar is ante, velutique corrivalem & applausorem fomentis excipiebas, hunc postea stupes, sententiarumque blasphemie proximarum arguis. 159.) Plura, tametsi possem, nunc minime volo, nec alio haec animo, quod persuasum Tibi certissime, Vir Celeberrime, habeas, a me allata sunt, quam ut intelligas, pieque Tecum expendas, si hominum more lapsi sumus in aliis, forsitan adhuc versari in errore, nostrosque pati manes, nos, licet minime opinantes, posse. Dies hucusque docuit diem; Quidni docere quoque dies, si qui futuri sint, etiam alios in posterum posset?

Fila abrumpo, dictum de Illuminatione hucusque satis est, ut sicubi forte amplius lacessar, responsione me posse supersedere, putem, dum in primis alia, Ecclesia magis profutura, agere interea possim. Dicendum nunc mihi est, cuius causa haec simul scripserim. Miseret me saepe juventutis, qua velut in speculo futurum nobis orbem sistere debet. Spem meliorum temporum in scholis fovere, ea vero deludi minimi perlubenter vellem. Injuriis adeo in beneficia divino munere nobis hic Illeburgi concessa, Doctorum in Scholis fidem, multorumque Parentum liberalitatem & solicitudinem non sum, ut rem nostram Scholasticam plane exibilandam, funditusque adeo subruendam censem; Illud tamen aequissimum quemque mihi daturum spero, qua bona sunt, fieri meliora posse, immo in re ardua maxime debere. Quibus precibus fatigaverim Deum, quot suspiriis excitaverim Patronos & Parentes bene animatos, quanta humanitate cum Doctoribus Scholæ fuerimus versatus, iater Dei amantes neminem fugit; Quæ vero simul devoraverim tædia, vitæ quoque meæ minitantia quandoque pericula, hoc nisi Deo mihique, nemini satis hoc dum innotuit. Iam ita volentibus iis, quorum plurimum apud me valet, & apud omnes peræque multum valere debet auctoritas, SENAT V in primis SACRO LIPSIENSI perbenigne consentiente, in eo sumus, ut REGIS nostri PRINCIPISQUE ELECTORIS jussis, quoad rem nostram Scholasticam attinent, & die XXV. Ianuar. clo Is CCXIV. promulgata sunt, obsequio devotissimo pareamus. Nova Scholam nostram locupletamus accessione, doctoribusque, ibi docentibus, Collegam addimus Virum Nobilissimum, Clarissimumque Dominum M. HENRICVM GVELMVM MATTHAEI, quem rostra, pulpitaque Academica norunt,

158.) Denonstr. p. 26. 159.) Mittel. Strass. II, p. 270.

norunt, quem Pubes Illustrissima & Per-Illustris tum IMHOFIANA,
 tum BODENHAVSIANA vix sine gemitu ex amplexibus dimi-
 sit, cuiusque mihi semper probata vita ratio est; Hunc, inquam, de-
 dum aliquando, post tot superatos scopulos, faxit Supremum Numen
 feliciter, & omni auspicio, solenni ritu ad capessenda munia intro-
 ducimus. Præcipua in rectius ordinandis Scholis Magistratus partes
 sunt: 160.) Has minime desidero, quin junctas potius mecum vires,
 contentionemque præclaram mire dilaudo. Non ubique, quod G. AR-
 NOLDO asserere placuit, 161.) Scholæ tuto destituantur funda-
 mento; Pietatem hic per DEI gratiam novimus, & pie consecra-
 mur. Eant juxta MICHAEL HAVEMANNVM in Scholas beluae;
 redeunt tamen homines, pulchri & optabili metamorphosi. 162.) Non
 dubito, majori studio Scholas iri frequentatum, si prout quis frequen-
 tarit, ipsi postea civitatis immunitates & privilegia contingerent.
 THOMAE CRENII hoc consilium est, optandum erat, inquietis,
 nemini jus civitatis alicujus communicari, nisi capita pietatis teneret, & le-
 gere, scribere, rationesque domesticas confidere posset, ut sine quibus rei sue
 private bene præcessere nullus paterfamilias queat. Tum demum enim Res-
 publica bene sunt constitute, quando private iusque se se repte habent, &
 contra, si secus. 163.) Scholis, credo, tum majus statueretur pretium,
 quam statui iis nunc communiter solet. Menti mederi volunt, &
 Præceptoribus malam gratiam referunt nonnulli, 164.) & Philosophos,
 Aristotelem in primis, etiam ut universalem tenebrarum Monarcham mi-
 re deludunt, 165.) & Metaphysicam Balaami asinae assimilant, 166.)
 & σπουδα philosophica præcepta, 167.) & excrementum disciplina-
 rum omnium Metaphysicam vocant, 168.) &, quæ reliquæ
 sunt, disciplinas, velut ad numellas religatas, cauterio no-
 tant, 169.) velutique, re bene gesta, ad hæc talia tuto iterum alicubi
 provocant. 170.) Faceant hæ artes, quas una cum OBSERVA-
 TORIS HALENSIS in Scholas stricturis alii castigarunt abunde;
 171.) No-

160.) Ibid. Dni. Hahnii Vorschlag wider die Unwissenheit p. 118. 128. 161.)
 Schul-Baup. 162.) De Meth. Sect. I. c. 16. p. 169. 163.) De Philolog.
 Stud. Liber. & Doctr. informat. & educat. litterar. Generos. adolesc. spec. ad
 Joach. Pastorii ab Hirtenberg de Juuentut. instit. rat. Diatrib. p. 224. 164.) Ibid.
 Dni. Langii Medicinament. Praef. §. 4. 165.) Ibid. §. 5. seqq. & in primis p. 108. 109.
 166.) Ibid. Pref. §. 8. 167.) p. 201. seqq. 168.) p. 220. 169.) p. 623. seqq.
 170.) Antibar. II. p. 796.

171.) Nobis alia mens est; Deum veneramur, donaque Scholastica, quæ desuper deveniunt. Obstupescerat Theologus ætate, meritisque gravis, DN. SCHELGVIGIVS, cum aliquando ex CHRISTIANO PAVLITZIO, Medico insigni, aliis Thorunii Gymnasium Gedanense prædicantibus, hoc inaudiret: Vera esse, quæ dicerent, modo non diabolus habitaret ibi. Mentre explicabat postea, suspirans: Non potest non habitare diabolus, ubi perpetuae inter Professores rixe ac contentiones pacis studiosis acerbiores sunt, quam si, ut Paulo Apostolo accidebat, colaphis ab Angelo Satana dedolarentur. Pietatis & prudentiae Exorcismis ejectus postea hic hostis infernalis est, sperando piis Scholarum Doctoribus exemplo, quos dixi, Exorcismis suum etiamnum superesse locum. 172.) Pietatem colimus, sine qua in latronum speluncas degenerant Scholæ, Pacem in pretio habemus, & Concordiam, qua res Scholasticae, parvæ alias, mirifice crescunt.

Pie hæc profitemur, pieque consectamur, nec aliena adeo a pietate amplectimur Sacra, ut hisce officiis obstant, &c, nescio quam, in Scholis feritatem dominari jubeant. Eminet inter convitia, quibus proscindimur passim, apud transmarinos in primis illud, quo SOLIFIDIANISMVS, quem tueamur, nobis objicitur. Quam vero pietati nulli, omnium minime Scholasticae ille sit inimicus, id paulo uberioris pro rostris Scholasticis exponam.

Cras namque, volente DEO, hæc pluribus persequar, quem dixi Collegam, recens constitutum, auspicandi muneric causa, solenni ritu introducturus. Lampada tamen, præfatus quædam, Viro Nobilissimo, Præclarissimoque, Domino M. GODOFREDO SIGISMUNDO TROWITSCHIO, Lycei nostri Rectori insigniter merito tradam, qui & officii auspicantem munia commonebit, cœtumque Scholasticum ad consecranda pietatis, obsequii, & quæ sunt reliqua morat oris vitæ studia excitabit. Quo facto, Collega recens adscriptus obsequium Superioribus, pietatem Patronis, humanitatem Collegis, cœtuque Scholastico inserviendi studium probabit, colophonem actui universo impositurus.

Vos saltim, Scholæ Patroni ac Fautores, & quotquot amantes litterarum estis, cras hora ante meridiem nona adesse frequentes, animisque ac linguis favere, ne dèdignemini. Illeburgi d. April. eli Is CCXIV.

171.) Bid. Bæckmannus in Vindic. Scholarum in Repub. necessar. p. 5. sq. 172.) Bid. Scheleguigii Tr. de Polygamia, recentissime editum Pref. p. 5. 6. 7.


78 L 1212

X2512636

17.



B.I.G.



AD.
AUDIENDAM ORATIONEM.
DE.

SOLIFIDIANISMO.

A.
GEORGIO. BVLLO.
INIQE. NOBIS. OBIECTO.
PIETATI. TAMEN. VT. NVLLI.
SIC. MINIME. SCHOLASTICAE. INIMICO.
SPECTATISSIMOS.

ILEBVRCI PROCERES.
VIROS.

NOBILISSIMOS. AMPLISSIMOS. IVRECONSULTISSIMOS.
EXPERIENTISSIMOS. PRUDENTISSIMOS.

PLVRIMVM. REVERENDOS. CLARISSIMOSQVE.

S C H O L A E

HINC. PATRONOS. HINC. FAVTORES.

INDVLGENTES. EXIMIOSQVE.

VNA. CVM. OMNIBVS.

QVOTQVOT. SCHOLAE. NOSTRAE. BONISQVE. LITERIS.

BENE. CVPIVNT.

QVANTA. POTEST. TVM. OBSERVANTIA.

TVM. HVMANITATE.

INVITAT.

INSIMVLQVE.

QVAE. SIBI. NVPER. A. DOCTORE. THEOLOGO.

CELEBERRIMO.

IN. CAPITE.

DE.

ILLVMINATIONE. IMPIORVM.

FVERE. OBIECTA.

MODESTE. DILVIT.

CHRISTOPHORVS. HENRICVS. ZEIBICH.

S. THEOL. DOCT. PAST. AC. SVPERINTEND.

ILEBVRCENSIS.

L I P S I A E.

APVD HAERED. FRIDER. LANKISII.

AN. M DCC. XIV.